AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 380
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

incessu · sicut aliquando cum in paradiso deambulare & aduesperum · Quod autem ait apostolus · cognoscere & iam supereminentem scientiae caritatem xpi · Ut impleamini in omnem plenitudinem dei · quapprter si aliquid inquiunt minus quaedam habebimus · & in aliquo minores erimus · quomodo implebimur in omnem plenitudinem · Sed qnm implebimur · p fecto erimus aequales · Hoc illi dicunt · qui putant nos hoc futuros omnino quod dei est · Sed cessa sum · quia auersaris istum humanae mentis errorem · scio & recte facis · Sed quomodo intellegenda sit ista plenitudo · quae dictum est implendos nos · ee · in omnem plenitudinem dei · postea si dei uoluerit puribus quas dederit disseremus · Nunc autem quod mihi ipso suerat · & ad explicandum difficile uidebatur · utrum explicatum sit · diligenter attende · recolendo quae dicta sunt · Si enim queris utrum possit deus uideri · respondeo · potest · Si quaeris unde sciam · quia inuenecissima scriptura legitur · Beati mundi corde · qnm ipsi dm uidebunt · Si quaeris quomodo dictum sit inuisibilis · si uideri potest · respondeo inuisibilem esse natura · uideri autem cum uult sicut uult · Plurimus enim est usus · Non sicut est · sed quali specie illi placuit apparere · Si quaeris quomodo eum uidit uel cain sceleratus · uel & iam ipse diabolus · quando uenit cum angelis ut conuenem illo adsisterent · si beati mundi corde · quia ipsi dm uidebunt · respondeo non quidem ee consequens · ut & iam uideant dm · qui uoces audeo factas aliquando audiunt · Neque enim uiderunt eum · qui audierunt quando dixit ad filium · & clarificaui · & clarificabo · Uerumtamen · non essemi mendum · si aliqui & iam non mundi corde uident dm in specie quam uoluntas eius fecerit latente inuisibili · & apud se incommutabili manente natura · Si quaeris utrum & iam sicut est aliquando